

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Coniugium ab
cum fonte primo

Exemplo harum cape experimentum
quod audax est
ad omnia quecumque amat uel odit femina,
et artificiosa est nocere cum uult.

Exemplo harum experimentum cape,
quod audax est
ad omnia quecumque amat uel odit femina:
et artificiosa nocere cum uult,
quod semper est;
et frequenter cum iuuare parat obest,
unde fit ut noceat et nolens.

Gualterus Map, *Dissuasio Valerii ad Rufinum ne ducat uxorem* (M.R. James, C.N.L. Brooke, R.A.B. Mynors eds., p.304).

Sed ne longo dispendio te suspendam,
lege Aureolum Theophrasti et Medeam Iasonis
et uix pauca inuenies impossibilia mulieri.
Amice, det tibi Deus omnipotens omnipotentis
femine fallacia non falli.

Ibidem (Valerius ad Rufinum).

Sed, ut maiorum testimonio michi fides habeatur,
lege Aureolum Theophrasti et Medeam Nasonis,
et uix pauca inuenies impossibilia mulieri.
Amice, det tibi Deus omnipotens omnipotentis
femine fallacia non falli,
et illuminet cor tuum,
ne prestigiatis oculis tendas quo ego timeo.

Gualterus Map, *Dissuasio Valerii ad Rufinum ne ducat uxorem* (M.R. James, C.N.L. Brooke, R.A.B. Mynors eds., pp.310/312).